



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Heliseus Propheta. 14. Iunii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

374 VITÆ SANCTORUM. 14. Junii.
funebri lucrionis cuiusdam, palam edidit, illum æternis inferorum flammis addictum esse, ejusque ad eum rei indicium fore cor illius non pectore, sed arcâ cum nummis suis clausum. Præter alia multa, quæ fecit admiratione dignissima, puerum demortuum vitæ reddidit, quo is parentem ANTONII de homicidio accusatum innocentem absolveret. Supremum ægrotantem CHRISTUS invisit, obitum verò ejus per urbem fando infantes vulgarunt, quod minori eloquio, hoc majore virtutis præconio. Ex Surio.

Toto mentis affectu beatissimæ Virginis nos intercessionibus committamus, ejus patrocinia omnini si imploremus; ut dum supplici obsequio eam frequentamus in terris, ipsa nos sedulâ prece commendare dignetur in cœlis. S. Aug. in F. Ass. B. V. hom. 3.

S. HELISEUS PROPHETA.
14. Junii.

Profuerit juventuti HELISEI Cirenses lados spectare; redeat inde modestior, & reverentior canæ ætatis. Bethensis pueritiae grec calvitium sancti senis vernaculis jocis proscindebat. Eam dicacitatem ursi duo, quadragenis binis è toto numero concerptis, castigarunt: ne ferulas tantum, sed & feras puerilis lascivia sibi metuendas existimet. Cætera illius viri prodigia quis me-

mo-

14.Iunii. VITÆ SANCTORUM. 375
moret? aquarum cursum stitit, amaro-
rem correxit, oleum auxit, lepram de-
tersit, infœcundis conjugibus prolem
dedit, orbis reddidit; gentiux insignes
victorias, eidem fame laboranti gratui-
tam annonam præbuit. Illud aternâ me-
moriâ dignum, & identidem parum fi-
dentibus Deo suggestendum. Obsessus à
Syris, jamque pro desperato à familiari
servulo defletus, paventum hoc promisso
erexit: *Noli timere: plures enim nobiscum
sunt, quam cum illis.* Trepidanti nihilo-
minus oculos prece aperuit, & diffusa
toto monte auxilia ignitasque acies o-
stentavit. Hostibus vicissim suis offusâ
oculis animusque caligine, torpentibus
ducem se obtulit, eoque deduxit, unde
si jure in eos agere libuisset, pedem nun-
quam erant relaturi. Hoc tu robur ani-
mi pallio Eliæ imputabis. rectè: sed cur
times, qui in baptismo Iesum Christum
induisti? Ex 4. Regum.

*Sit in gestu tuo gravitas, in incessu ho-
nestas: nihil dedecoris, nihil lasciviae, ni-
hil petulantiae, nihil insolentiae, nihil lle-
vitatis in te appareat: animus enim in cor-
poris gestu appetet: & species corporis si-
mulacrum est mentis, figuraque probitatis.*
Ibid. l. 2. Soliloq.

A a 4

S. VI-